gatione bonorum immobilium in bonis Kulęske wyliso castruga et prżez [illegible] olim parenti suo per ipsum in septem florenis polonis inscripta eandem summam ex integro persoluit adeo ipsum quietant emittunt et liberum faciunt, inscriptionem huiusmodi cum suo effectu cassant annihilantque perpetuo ex debito ex nunc condescendunt personali sua recognitione in forma sibi mediante.

Srzednicka Assecuratio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis Simon filius Nobilis Joannis Piekut de Piekuty Urbany [illegible] sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia [illegible] Marinae filiae olim Alberti Srzednicki Consorti suae legitimae in omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus in haereditate Piekuty Urbany et alibi [illegible] consistentibus nunc habitis et in posterum favente divina Clementia habendis Summam ducentorum florenorum polonicalium debiti certi veri et liquidi ad primam eius requisitionem sive eius successorum solvendam inscribit et assecurat, sub vadio aliorum ducentorum florenorum polonicalium et [illegible] frequenti Castren. Bransen. in primo citationis termino peremptorie responsione pro vadio exinde succubito Summaque essentiali tum et citatis omnibus satisfactione. Nullis controversiis exceptionibus allegationibus cauthionibus dilationibus inhibitionibus motionibus appellationibus ac eorum quibusvis prosequutionibus compasa evadere volendo imo sibi [illegible] et aliis in universum Cautelis Juris medijs et defensionibus legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abrenuntiando et abrenuntiando submissione sua et suorum successorum totaliter et integre causa. Ad hoc personali recognitione ad id accedente.

Poroskim Srzednica Mackowizta Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransensibus personaliter comparens Nobilis Marina filia olim Alberti Srzednicki consors [illegible] Simonis Piekut cum eiusdem mariti sui [illegible] tutoris coniugalis personali assistentia et consensu [illegible] taneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quod Nobilibus Martino olim Mathiae Poroskij Stanislao olim Alberti Poroskij et ipsorum successoribus Totam et integram sortem suam bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Srzednica Machowizta consistentem et sortem suam iure naturali succedentis spectantem et alio modo quovis ad eam spectante concernentem. Praeterea Nobili Martino Poroskij in area seu fundos, a [illegible] ad parietem tenentem intermetas [illegible] Valentini Srzednicki et consortis eius [illegible] Martini [illegible], cum agris pratis campis sylvis borris rubetis (exceptis inseminatis hyemalibus et vernalibus) liberique omni iure suo dominio proprietate propinquitate [illegible] haereditario pura mera syncera et irrevocabili [illegible] hinc temporibus perpetuis dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Quibus iam ex nunc [illegible] recognoscere [illegible] in praedicta bona intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerium Regni Generalem vel [illegible] ducet [illegible] quos [illegible] ad id conducere poterint officiare acceptari dat et admittit. Submittitque se ac de bonis omnibus cum potentate sua in

Conbu

inscribi memoratos donatorios suos vel eorum successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et extranearum utriusque sexus status et cuiusvis conditionis existentium per se et ulla communes p scriptiones tueri defendere evincere eliberare et pacificare intercedere solarique tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non inquietare sub damnis iudicialiter taxatis et edicendis. Et coram officio suo tenebitur in primo Citationis termino peremptorie satisfactione omnibus in [illegible] iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ut abrenunciando.

Piekut Srzednicka mutua Advitalitas.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparentes Nobilis Simon filius Nobilis Joannis Piekut de Piekuty Urbany ab una et Nobilis Marina filia olim Alberti Srzednicky invicem coniuges partibus ex alia Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi inter se mutuo et invicem Advitalitatem eorum fuerunt omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium in haereditate Piekuty Urbany et alibi cuius locorum consistens nunc habitorum et in posterum favente divina clementia habendorum et acquirendorum paternorum maternorum obligatoriorum quaesitorum se quovis modo concernent. Regie in aeris hortis agris pratis sylvis rubetis gemmis vestimentis pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellectili domestica cum omnibus utilitatibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis ad extrema vitae sua tempora inscribunt et concedunt tali modo, quod si prius de hac luce Nobilem Simonem Piekut maritum quam Nobilem Marinam Srzednicka consortem eius decedere contigerit Extunc ipsa coniux bona eadem omnia mobilia et immobilia in bonis Piekuty et alibi cuius locorum consistens cum universis attinentiis utilitatibus ad ultima fata vitae sua iure advitalitio tenebit habebit possidebit illisque utifruetur. Post mortem vero eius Bona praedicta omnia in successores mariti sui sine ulla contradictione cum pleno iure devolvi debent et devolventur. Simili etiam modo si prius suprascriptam Nobilem Marinam Srzednicka coniugem quam memoratum Nobilem Simonem Piekut maritum eius mori contigerit Extunc ipse bona eius omnia mobilia et immobilia ubivis consistens tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae sua tempora utifruetur. Post obitum vero ipsius bona suprascripta omnia mobilia et immobilia super successores Consortis sua absque quavis contradictione successores devolvi debent et devolventur.

Markowski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Alberti Porowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Vielislao et Alberti Markowsky de inscriptionibus certis quas prima sibi recognoscenti per Nobilem [illegible] olim Christophori Srzednicky in summa Novem [illegible]